

Tantum fidem locus exigit, is eloquentiae operam acriter dedit, adeò tamen Homo vehemens, permouebatur, tantoque impetu rapiebatur, in dicendo, ut varietatem vocis (quæ de rebus Oratori summe necessariis una est) examinare non posset. Quod in se vitium animaduertens, serum musicæ modulationis expertum, in loco concionibus propinquo clam habere solitus erat, qui eburnam clam fistulam celeriter inflaret, qua cum aut lentius a gentem accenderet, aut nimis ascensum receptui canens, ac immoderato contentionis ardore mitigaret. Non mediocris sanè diligentia iuuenis Hominis, in auitum succrescentis eloquium, tamen quia de Cicerone locus hic sumitur, Oratoribus, in quorum manus ista venerint, (si modò quisquam tangere dignabitur) quod apud eundem auctorem, non longè post hoc exemplum scriptum est, pro confilio dabo, ut fistulatorem domi relinquentes, sensum doctæ consuetudinis ad loquendum secum deferant. Nunc ad vetustissimum Romanæ facultatiæ monimentum venio.

EXTERNI.